



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. IX. Si conditiones contra substantiam Matrimonii inserantur; putà, si alter dicat alteri: Contraho tecum, si generationem prolis evites: vel, donec inveniam aliam honore vel facultatibus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

Ad primum autem dicitur: quando decretum correctorium non est in poenam, nec in alicujus odium, sed declaratorium voluntatis ob bonum commune, & favore contractus, extendi debere ad casum similem, & in quo similis ratio militat: at cap. fin. non statuit rejcti conditiones impossibiles ac turpes à Matrimonio, in odium & poenam adjectionem: nam similiter rejceret à cæteris contractibus; sed id definit favore Matrimonii, ut potius conservetur, quam pereat, ut ibi dicitur: cum ergo sponsalia dispositio ad Matrimonium & via sint, idem favor ad ea extendi debet; expedit enim ad Matrimonii bonum conservari sponsalia.

Atque hæc sit ratio sententiae affirmativæ, quæ, ut ait Sanchez supra n. 2. est concors omnium DD. ratio, inquam, sit, quod sponsalia sint initium quoddam Matrimonii; atque ita dispositum in Matrimonio, ceteri debeant dispositum in sponsalibus; l. Oratio, 16. ff. de Sponsal. Oratio Imperatorum Antonini & Commodi, quæ quasdam nuptias in personam Senatorum imbibuit; de sponsalibus nihil locuta est, rectè tamen dicitur, etiam sponsalia in his casibus ipso jure nullius esse momenti; ut suppletur quod orationi deest. Et quamvis fatear (inquit Sanchez supra) hanc rationem non multum urgere, & facile dilui posse: at ea, adjuncta communi omnium DD. intelligentiâ illius cap. finalis, & ita ab initio receptum esse, fortissimè urget.

Hanc sententiam, quantum ad conditiones turpes, docent inter alios Doctor Angelicus S. Thomas 4. dist. 27. q. 2. a. 1. in corpore, & Doctor Seraphicus S. Bonaventura 4. dist. 28. q. 3. n. 13. ibi: *Aut enim est conditio honesta aut inhonesta. Si est honesta, si ante conditionem, stant sponsalia, non stante, non stant, ut si quis dicat: Contraham tecum, si placuerit patri meo, et si tu volueris converti ad fidem. Si autem est inhonesta, duplex est. Aut est contra substantiam Matrimonii, aut non. Si contra substantiam Matrimonii, tunc nulla est obligatio: ut si dicat: Contraham tecum, si procuraveris venena sterilitatis, vel aliquid hujusmodi. Si autem est inhonesta, & non contra substantiam Matrimonii, ut si dicatur: Contraham tecum, si furatus fueris, vel, si Deum offenderis, talis conditio pro non adjecta habenda est. Et hoc totum probatur per illa, quæ dicuntur extra in 4. lib. de Conditionibus appositis in deponatione. Atque hæc factis de conditione impossibili & turpi.*

Ex quibus nullatenus sequitur, Ecclesiam facere Matrimonium validum, quod antea erat invalidum. Quid ergo facit? Respondet: ad summum per dictum caput finale facere, ut quod ante illud fuisse invalidum, jam censetur validum. Sicuti quando re-

duxit affinitatem ex copula fornicaria, ad secundum gradum, fecit, quod Matrimonium in quarto gradu sit validum, quod ante reductionem erat invalidum.

Sed nunquid eadem ratio seu dispositio illius conditionis, quæ est contraria substantiæ Matrimonii, aut bonis ejus? Responso negativa liquido constat ex dicto cap. fin. Sit igitur

CONCLUSIO IX.

Si conditiones contra substantiam Matrimonii inserantur; puta, si alter dicat alteri: *Contraho tecum, si generationem prolis evites: vel, donec inveniam aliam honore vel facultatibus ditioem: aut, si pro questu adulterandam te tradas: Matrimonialis contractus, quantumcunque sit favorabilis, caret effectu.*

Unt ipsissima verba dicti cap. finalis de Sponsalibus proinde hæc Conclusio solum indiget expositione, seu explicatione. Ut autem plena sit, distinguendum & diligenter considerandum videtur (inquit Averla hic q. 5. sect. 5. §. Pro resolutione) dupliciter apponi posse conditionem in contractu: uno modo per viam suspensionis, alio modo per viam obligationis.

380. Duplici modo apponi potest conditio in contractu. Aversa.

Apponitur per viam suspensionis, quando contrahens non aliter intendit valere, & perfici suum contractum, nisi verificetur illa conditio: ideoque tunc suspenditur valor contractus ad ejus conditionis eventum.

per viam suspensionis,

Apponitur per viam obligationis, quando contrahens intendit, tunc quidem absolute inire contractum, sed sub certis pactis & obligationibus cum altera parte, intendens illi imponere talem obligationem, siue exigens ab illa talem promissionem, & si altera pars acceptat hujusmodi obligationem, firmat promissionem.

381. Et per viam obligationis.

Quo casu passim dicuntur humani contractus celebrati cum certis conditionibus & pactis: ubi sanè non remanet suspensus contractus usque ad conditionis implementum, sed ex tunc firmus & absolutus est contractus, cum obligatione tamen partium ad servandas & adimplendas conditiones impositas. Et passim in contractu Matrimoniali, siue sponsalium, prævio ad Matrimonium, solent apponi tales conditiones seu obligationes, videlicet ut solvatur tanta dos, intra tantum tempus & similia: nec tamen suspenditur valor Matrimonii, usque dum impleatur

Si talis conditio solum ponatur per modum asserionis, non est contra substantiam Matrimonii, ut clarum est cum dicitur: Si procurabis venenum sterilitatis; si pro questu adulterabis, sed tanquam turpes habentur pro non adjectis. Secus quando inducuntur in vim obligationis ad res conditionatas seu in conditionibus contentas, vel exemptionis ab obligatione ad contractum. Et sic procedit rex. in cap. fin. de Condit. appof. Hæc ille in solutione ad 2.

Ad 3. autem sic ait: Conditio adducens aliquid in obligationem, ad cuius contrarium est obligatio Matrimonialis, seu quæ contrahentes se volunt obligare ad aliquid contra obligationem Matrimonialem, facit contractum nullum: secus quando sub existentia conditionatæ seu conditionis, & sic per viam asserionis solum contrahere volunt, ut supra dixi. Si petas utrum ergo illæ conditiones quasi turpes haberentur pro non adjectis. Dicit Paludanus 4. dist. 29. q. 2. a. 5. Concl. 1. in fine. Conditio turpis, quæ incitat ad peccandum, habetur pro non adjecta: non sic de præterito vel præfenti, & hoc facit magnam limitationem dicti cap. fin. Hactenus Adrianus. Citandus utique magis pro sententia Covarruvizæ, quam Sanchii.

Ut sit de mente Adriani, veritas videtur, Pontificem locutum fuisse in d. c. fin. de Matrimonii absolutis cum aliquo pacto, ibi enumerata præstandi, & non de Matrimonii propriè conditionatis, quod sic ostendo. Conditio contraria substantiæ Matrimonii, de præfenti quidem, seu de præterito, non alia potest apponi per viam suspensionis, nisi Si venena sterilitatis sumpstisti; quia de reliquo: Si fidem conjugalem non servastis; si conjugium dissolvistis, non possunt referri ad præfens Matrimonium; sed ad summum ad aliud fortè præcedens; undè non sunt contra substantiam præfentis Matrimonii, dummodo tamen mulier de præfenti sit libera & soluta, mortuo jam priori viro.

Sub illa ergo conditione, stante intentione, & consensu illi conformi, verè, si in te non adest illa conditio, non valet Matrimonium, quia deest intentio: si adest, id est, si mulier sumpsit venena sterilitatis, dici debet valere Matrimonium; quia ipse consensus continet quiddam est substantiale Matrimonio; scilicet, plenam traditionem corporum, prout requiritur ad conjugium futurum, quàmvis de præterito adhibita sit illa actio, contraria generationi prolis. Sed sicut mulier, quæ sumpsit venena sterilitatis, potest adhuc valèdè nubere, ita possit valere Matrimonium viri, cum illa contractum, sub tali conditione de præterito. Ita Averfa supra §. Jam verò.

Et persequitur dicens, de futuro etiam potest facile intelligi talis conditio: Si venena sterilitatis sumes. Sed de reliquo non apparet, quomodo aliæ conditiones contra substantiam Matrimonii possint apponi per viam suspensionis, quinimo in iis involveretur repugnantia in adjecto. Nam si vir dicat mulieri: Contrabo tecum, si te adulterandam profuturus, utique adulterium cum uno, præsupponit conjugium cum altero: ergo non potest esse, ut velit suspendere conjugium usque dum mulier committat adulterium cum altero. Quod si intelligatur, Si te violandam profuturus, per fornicationem scilicet, quæ non sit adulterium, hæc esset simplex conditio turpis; non autem contra substantiam Matrimonii: atque adeò se habebit, sicut de aliis simplicibus conditionibus turpibus dictum est.

Similiter dicere: Contrabo tecum, si mihi debitum conjugale negabis, involvit eandem repugnantiam: quoniam usque dum sit absolutum & perfectum conjugium, non confurgit debitum conjugale, nec habet locum negatio debiti: ergo planè repugnat, talem conditionem apponi per viam suspensionis, suspendendo conjugium usque dum illa impleatur. Nam est conjugium, si ibi cadit negatio debiti: non est conjugium, si suspenditur usque ad executionem conditionis. Quod si solum intelligatur, Si negaveris mihi copiam tui corporis, hæc conditio non solum non est contraria bono fidei, & substantiæ Matrimonii, sed nec est turpis; imò cadit sub præcepto, ut non præbeatur copia sui corporis ante perfectum & absolutum conjugium.

Clarissimè demum patet, non posse apponi suspensivè aliam conditionem contra perpetuitatem Matrimonii, dicendo: Contrabo tecum, donec alteram pulchriorem invenero: qui enim hoc diceret, intendit potius solvere Matrimonium, quando talis conditio implebitur, tantùm abest, ut suspendat Matrimonium, quasi perficiendum, dum conditio implebitur. Quod si quis alio modo diceret. Contrabo tecum, si non alteram pulchriorem invenero, intendens per certum tempus, v. g. per annum perquirere, an alteram pulchriorem inveniat, & si non invenerit, intendat habere illam pro tunc in uxorem; hæc quidem esset conditio suspensiva, sed certè non est contra perpetuitatem Matrimonii, quia non importat dissolutionem Matrimonii, postquam contractum erit: sed solum importaret dilationem Matrimonii, usque ad illud tempus, & eventum illius conditionis: quare se haberet adinstar aliarum simplicium conditionum contingentium de futuro.

Per appositionem ergo illius conditionis: Si venena sterilitatis sumes, intendendo suspendere contractum, usque ad illius executionem,

E e e 3

390. Quamvis possit in hoc genere apponi de futuro.

391. Nequis ap. poni conditio contra fidem Matrim.

392. Viri nec con. tra eja per. petuitatem.

393. Quid. si app. ponatur. & hæc

conditio: Si venena sterilitatis fuerit?

tionem, sanè tunc non perficitur Matrimonium; siquidem deest intentio absoluta tunc perficiendi; similiter non adimpletã amplius tali conditione, nunquam perficitur tale Matrimonium ex vi illius consensus, quia adhuc deest intentio. At verò stante quòd adimpleatur postea ea conditio, distinguendum est. Aut contrahentes ab initio habuerunt quidem animum, subeundi obligationem de suscipienda & non impedienda prole, simul tamen habentes animum, non servandi talem obligationem, sed potiùs impediendi prolem per venena sterilitatis. Aut non habuerunt animum, subeundi talem obligationem, quæ quidem ex natura ipsius Matrimonii est illi necessariò annexa.

394. Aliquando valet Matr.

Lopez. Pontius. Coainck.

Aliquando non valet.

395. Conditio contra substantiam Matr. posita ut pactum, jure naturæ vitiat.

Probat ex Pontio.

Primo modo valere Matrimonium quando adimplebitur conditio, sicut valet, quando adimpleatur aliæ conditiones turpes, appositæ per viam suspensionis, concedit Lopez in Instruct. tract. de Matr. c. 42. & approbat Pontius lib. 3. c. 9. n. 11. ac stantido in jure naturæ, fatetur Coainck disp. 29. dub. 3. conclus. 4. putans tamen jure positivo irritari tale Matrimonium in odium tam perverse intentionis, sed alii simpliciter volunt, non convalidari tale Matrimonium per adimplementum ejus conditionis, quæ tam directè repugnat principali effectui & fini, ob quem ex natura rei institutum est ipsum Matrimonium. Secundo modo certum est penitus non valere. Quia ille modus planè destruit ipsam naturam & substantiam Matrimonii. Uiqueadhuc Aversa satis clarè & solidè, idè diffusius ejus verba retuli.

Itaque si conditio contra substantiam Matrimonii ponatur, non per modum conditionis, suspendentis perfectionem contractus; sed ut pactum, cujus implendi obligatio nascatur cum ipsa perfectione Matrimonii, sic jure naturæ vitiat talis conditio contractum Matrimonii. Et in hoc sensu habet locum definitio Pontificis in d.c. fin.

Ratio autem est (inquit Pontius supra n. 8.) quia consensus ille in eo casu, habet pro objecto id, quod est initium duarum obligationum, omninò inter se pugnantium. Nam eo ipso, quòd vult Matrimonium perfici, vult obligari ad servandam fidem, prolem & Sacramentum. At eo ipso quòd vult sub eo pacto contrahere, vult teneri ad omninò opposita. Implicat autem has duas obligationes simul nasci, nam qui vult se obligare ad unum, eo ipso vult non obligari ad aliud, quod oppositum est, cum ad opposita simul velle se obligare non possit. Cùm ergo exprimat pactum, ad quod reverà vult obligationem confurgere, quæ opposita est obligationi legitimæ Matrimonii, planum est, eo ipso nolle obligationem,

quæ nascitur ex Matrimonio, quæ est opposita illi obligationi, quam vult inducere expressa pactione. Hæc ille.

Sicut, si quis alicui concedat rem alienam precario, ita tamen, ut eam non possit petere, contractus est nullus, l. 12. de Precario. Cum precario aliquid datur, si committit, ut in Kalendis Julias precario possit nunquid exceptione adjuvandum est, ne possessio auferatur? Sed nulla vis est hujusmodi conventionis, ut rem alienam domino revocari potest licet.

Sed quare nulla vis hujus conventionis? Quia illa conditio repugnat nature precarii, quæ in hoc consistit, quòd concedatur cum libera potestate semper repetendi. Leg. 1. eodem: Precarium est, quod precario petenti utendum conceditur tamdiu, quam qui concessit patitur. Quod genus precarii ex jure gentium descendit, & dicitur a precario, eo quòd, qui donat, sic dat, ut precario qui precario concedit, sic dat, qui precario recipit, cum sibi libuerit precarium petere, hæ voluntates repugnant: Vult precario illam rem, &: Volo me obsequium non repetendam intra certum tempus, atque semper mutuo destrunt, si utraque est æque efficax, & idè nulla vis est hujusmodi conventionis.

Ergo cùm similiter in prædicto casu, duæ voluntates repugnent: Volo contrahere Matrimonium, & per consequens, Volo obligare ad tria bona Matrimonii, fidem, & Sacramentum, &: Volo non servandam fidem, ad prolem, & ad dissolvendum Matrimonium, factò, nullam vim esse hujusmodi conventionis; quia illæ voluntates se mutuo destrunt, si videlicet utraque sit æque efficax, si una fuerit simplex tantum, & altera, quæ est efficax, habet tantum, juxta ea, quæ diximus de conditionibus contrariis in administrationibus Sacramentorum.

Exemplum sit: aliquis vult corpus & Sanguinem Christi, & sacrificare, existimans bonâ fide, se parare consecrationem à Sacrificio, constitutus, ut veller consecrari, sciret se non posse separare consecrationem à Sacrificio, validè consecrari, tunc sola voluntas consecrandi est, voluntas non sacrificandi, simpliciter complacentia; è contra verò, si ita eductus, ut si sciret, se non posse separare consecrationem à Sacrificio, nolle consecrari prævalere, & idè ejusmodi consecrationem vim haberet, utpote simplex complacentia.

Ergo cùm similiter in prædicto casu, velit contrahere Matrimonium, & simul

B. O. Sacramentum

lit indissolubiter obligari; sed dissolvere Matrimonium, dum aliam invenerit ditiorē aut pulchriorem, putans bonā fide, id sibi licere; siquidē ita constitutus sit, ut vellet Matrimonium contrahere, tamen noster ejus indissolubilitatem, prævalet voluntas Matrimonialis, & idēd habet suum effectū, non obstante illo errore speculativo; secus si ita dispositus sit, ut nollet contrahere Matrimonium, si sciret ejus indissolubilitatem; tunc enim error ille non solum est speculativus, sed verē practicus, utpote dirigens illum contractum, qui, ut supponitur, non fieret, si error ille abesset, & idēd tunc vitiat contractum.

Supponit autem Pontifex in dicto cap. fin. contrahentes ita esse dispositos, ut si scirent, obligationem ad res conditionatas non posse oriri ex tali conventionē, nollent absolute Matrimonium contrahere; adeoque voluntatem obligandi ad res conditionatas, prævalere, quæ cūm liquidō constet, nullam vim posse habere, etiam perspicue manifestum est, Matrimonium sic contractum nec jure positivo, nec jure naturali subsistere, defectu consensūs substantialis, qui debet esse de omnibus que sunt essentialia Matrimonio, nec debet quidquam contrarium admittere: sed substantia Matrimonii est obligatio non impediendi prolem in copula, obligatio servandi fidem conjugalem, & reddendi debitum iuste petitum, & perpetuitas ac indissolubilitas vinculi. Quare si contrahentes, vel eorum alter, non habeat animum ad hæc se obligandi, planē deficient in consensu essentiali & necessario ad Matrimonium. Non dico, si non habeat animum hæc servandi: siquidem nec ipsa actualis observatio, neque intentio observandi, sunt de essentia & valore contractus, sed sufficit intentio se obligandi, & hac deficiente, nullum est Matrimonium.

Ex his patet dict. cap. fin. intellectum de Matrimonio absoluto cum pacto præstandi aliquid, ex ibi enumeratis verissimum esse. Et aliunde, ut ostensum est, non potest commodē intelligi, immo absolute nequit intelligi de Matrimonio propriē conditionato, præterquam in unico casu, & in eo non nisi jure positivo potest Matrimonium irritari; ergo dicendum videtur, Pontificem non fuisse locutum de Matrimonio propriē conditionato, sive de conditionibus suspensivis, sed de Matrimonio absoluto cum aliquo pacto, v.g. *Contraho tecum cum pacto & obligatione, ut generationē prolis evites; ut te adulterandam prosequar; ut possim te deserere. quando alter am pulchriorem invenero*: sive dicendo negativē, & tollendo obligationem intrinsicam Matrimonio, putā: *Contraho tecum cum pacto, ut non teneamur prolem suscipere, & eam*

care; fidem conjugalem servare, & debitum iuste petitum reddere; perpetuo quoad vixerimus in conjugio permanere.

Nec refert; quōd Pontifex in afferendis exemplis dicat: *Contraho tecum, si generationem prolis evites*; qui loquendi modus importare videtur vim conditionis suspensivæ: & non dicit: *Contraho tecum cum pacto, ut generationem prolis evites*; qui modus, ut mox diximus, importaret vim conditionis obligativæ. Nam ille loquendi modus, potest optimē denotare, etiam vim obligativam; & ex re ipsa colligitur, hanc potius importare; cūm in aliis duobus exemplis: *Donec inveniam digniorem: si pro quaestu adulterandam te irascas*, non nisi hanc vim importare possint. Estque ille loquendi modus satis accommodatus & consuetus, ad reddendum hunc sensum: quasi dicatur: *Contraho tecum, si te obligas, si promittis, si acceptas generationem prolis evitare &c.* ita ut cum hac intentione, & non aliter contrahant. Ita Averfa sup. §. Porro, in fine.

Restat, ut respondeamus argumentis Sanchezii, supra ex ipso propositis. Fateor, textus d. c. fin. generaliter loquitur de conditionibus contrariis Matrimonio, & propriē est conditio, quando suspendit; sed ne generaliter intelligatur, obstant conditiones specificatæ, quæ, unā exceptā, non possunt apponi per viam suspensionis, & illa una non irritat jure naturæ, de qua tamen irritatione Sanchez intelligit præfatum textum.

Ex quo patet responsio ad 2. argumentum; scilicet quando ponitur ea conditio suspensivē, neququam inducit obligationem repugnantem Matrimonio, quod sub ea conditione contractum est, ut patet ex dictis supra, & iterum ostendo: quia quando advenit obligatio matrimonialis, jam non est amplius obligatio ad conditionem; ergo amplius non est obligatio repugnans Matrimonio.

Si dixeris: 2. pars d. cap. fin. intelligitur de conditionibus propriē dictis seu suspensivis; ergo etiam 1. pars. Respondeo: disparitatem jam esse allegatam, putā, quōd exempla 1. partis, uno excepto; non possint de illis intelligi, & in illo uno non irritetur Matrimonium jure naturæ, de qua tamen irritatione intelligitur communiter præfatus textus.

Sed contrā, dicit aliquis: si conditio contra substantiam contractus illum vitiet jure naturæ, non solum Matrimonium, sed etiam alium quemcumque contractum vitiet: atqui hoc fallit in primis in donatione causā mortis, de ratione cujus est revocabilitas ad beneplacitum donantis, & tamen si apponatur conditio, ut sit irrevocabilis, valet: ut patet ex l. 27. ff. de Mort. caus. donat. sequentis

401. Objeccio.

Solvitur.

Averfa.

402.

Resp. ad 1. arg. Sanchezii.

Resp. ad 2. argum.

403.

Objeccio solvitur.

404.

Alia objeccio.

L. 27. ff. de Mort. caus. donat.

quantis tenoris: *Ubi ita donatur mortis causa, ut nullo casu revocetur: causa donandi magis est, quam mortis causa donatio: & ideo perinde haberi debet, atque alia quævis inter vivos donatio.*

Solutio ex Pontio, & Bartolo.

Pro solutione observat Pontius sup. cap. 10. n. 6. ex Bartolo. in d. leg. 27. sæpè contingere, ut unâ vel aliâ apposita conditione, mutetur natura illius contractus, & transeat in alium, cum enim isti contractus sint jure humano inventi, unâ adjectâ vel detractâ conditione, fit alius novus contractus. Quod manifestè patet in dicta lege, ubi per adjectam irrevocabilitatem, donatio, quæ aliâ esset causa mortis, fit donatio inter vivos. Vide plura apud Pontium loco citato.

405. *Tertia obiectio, ex l. 2. ff. de Precario.*

Fallit secundò (inquiunt Adversarii) in contractu Precarii, de cujus substantia est, ut solum duret, quamdiu concedentis fuerit voluntas, ut supra vidimus, & tamen conditio, ut non liceat revocare, sed teneatur usque ad certum tempus, non vitiat; l. *Cum precario*, ff. de Precario, & l. *Lucius Titius*, 32. ibi: *Quamdiu volueris*, ff. de Donat.

Diluitur.

Respondet; ex d. l. *Cum precario*, supra ostendimus, illam conditionem vitare contractum precarii. Vide ibi dicta. Et ita docet Gloss. verb. *Si convenit*, dicens: *Pactio excedere potest naturam contractus. At illi contraria esse non potest. Hæc autem contraria est; itaque in hac specie, detractâ illâ conventionem, erit precarium.*

406. *Infantia.*

Ergo, infert aliquis; hæc conditio seu conventio non vitiat Precarium; sed habetur pro non adjectâ, quia adhuc sustinetur Precarium juxta naturam suam, ita ut possit res precario concessa, repeti, non obstante illâ conventionem.

Solvitur.

Respondet; sic posset dici; sed tunc consequenter dicendum foret, priorem voluntatem concedendi rem precario, prævaluisse posteriori voluntati se obligandi ad non repetendum ante illud tempus, juxta superius dicta.

407. *Alia responsio ad d. jus ex Sanchez. & Covar.*

Alii aliter respondent ad præfatum jus Sanchez supra n. 14. cum Covarr. 4. decret. 2. part. c. 3. §. 1. n. 17. dicit: conditionem contrariam substantiæ actus, tunc actum annullare, quando resistit initio ipsius actus. Quia repugnat illi qualitati, sine qua actus initium capere non potest, ut contingit in conditionibus contrariis substantiæ ac bonis Matrimonii: at conditio, *Ne possit Precarium quandocumque revocari*, non repugnat initio contractus: nam consensus necessarius ad contractum Precarii gerendum, non tollitur ex ejus conditionis adjectione, sed est contra quamdam illius actus qualitatem, & ideo rejecta conditione sustinetur actus: ut contingit in testamento,

facto cum pacto non revocandi: qui etiam id pactum non contrariatur consensui, sed ad testamenti valorem desideratur, sed tunc dam ejus qualitati, sustinetur testamentum rejecto pacto: at conditiones contractus Matrimonii, adversantur consensui, & sum requisito, & ideo vitiant. Hæc ille.

Sed probatur oportuit, non supponitur conditionem, *Ne possit precarium quandoque revocari*, non repugnare initio contractus: ego contrarium probo ex l. 1. ff. de Precario, supra allegata, ubi potest revocari ponitur in definitione effectus Precarii, & per eam distinguitur à donatione ergo sicuti dissolubilitas Matrimonii non vitiat initio contractus, quia indissolubilitas non ingreditur definitionem Matrimonii, quoque ratione irrevocabilitatis non concessa, repugnat initio contractus, quoque revocabilitas ingreditur conceptionem effectus seu definitionem Precarii.

Aliud est de testamento, quod dicitur l. 1. ff. Qui test. fac. poss. *Voluntaria non iusta sententia de eo, quod quis in testamento fieri velit.* Quam utriusque conditionem non ingreditur, ut ad oculum non revocabilitas, quæ proinde solum de revocabilitate, & ideo abesse potest à substantia testamenti.

Aliam expositionem dicit Leg. *Cum precario*, invenio apud Pontium supra. Cum, inquit, Precarii natura sit, quod tum sit concedentis, non videtur rejectum, quod certum fuerit tempus: immo juxta Precarium dicitur ea limitatio concessa, concedentem ante id tempus potest revocare, ne significari videtur in illo tempore nulla. Quid autem prædicta limitatio intelligitur ex l. 4. verf. ult. ff. de Precario, in principio, juncta hac d. l. *Cum precario*, scilicet ut finito illo tempore, non sit Precarium, ita ut ultra illud tempus nova concessione, tacitâ vel expressâ deri non possit. Illa enim verba: *Quod si ultra illud tempus concesserit, non sit Precarium* (inquit Duarenus c. 3. de Titulum de Precario) ambigua sunt, si quis erit, ut ultra non possit, quod non possit ante Kalendas Januariæ cari. Hæc ille.

Neque huic solutioni (prosequitur Auctor) obstat textus in d. l. *Lucius Titius*, ff. de Donationibus ibi: *Quamdiu volueris*. Respondetur enim in primis, nullum esse, quod ostendat agi de Precario. Est etiam sub titulo de Donationibus, quod de illis est intelligendum.

Rogas; quis ergo erit ejus legis Auctor? Anton. Faber 2. conjct. c. 19. *Quamdiu volueris*, ut donationis effectus feramus in voluntatem donantis, non in legem.

natarii. Nam si in voluntatem donatarii finis donationis collatus esset, hæredes donatoris eam non revocarent, quam tamen hic revocant. Hæc sunt verba legis: Lucius Titius epistolam talem misit: Ille illi salutem: Hospitio illo quamdiu volueris, utaris, superioribus dicitur omnibus gratuito, idque te ex voluntate mea facere, hæc epistolam norum tibi facio. Quæro, an hæredes eius habitationem prohibere possint. Respondit, secundum ea que proponerentur, hæredes ejus posse mutare voluntatem.

cum donatarius ille non habebat possessionem aliquam, quia nec usufructus, nec fructuarius est; sed solus donator habet possessionem: poterit pantere donator, vel ejus hæres: nec potest a donatario conveniri; sed hodie fecit erit: ut Cod. de Donat. l. Si quis argentum, § penult. Vel dic, potest mutare voluntatem, ut ibi dicit: non tamen potest revocare donationem. Tu dic; hic esse remunerationem, ibi precarium, quod potest revocari, quando liberit. Hæc Gloss. Sed ad alia progrediamur.

411. Sed nunquid necessaria hæc correctio literarum? Negat Pontius sup. Veram enim, inquit, interpretationem nobis offert Cuiacius lib. 17. Observat. cap. 33. Lex Cincia olim donationibus certum modum imposuit, ea que certis ex causis fecit inutiles. Et inter cætera hoc jus est, ut donato, grativè concessio usu domûs vel cœnaculi, non cogatur hæres illum inquilinum ferre, neque ea donatio extendatur ultra donantis vitam, contra hæredis voluntatem, nisi ejus etiam voluntas accederet, quamvis dictum sit, ut quamdiu vellet hospitio uteretur. Hæc enim verba strictè accipiuntur, juxta prædictæ legis dispositiones, quamdiu vellet se vivo, vel se mortuo sinente hærede. Hoc autem in mera donatione jus est. Nam in remuneratoria vim non habet, ut constat ex leg. Aquilius Regulus, 27. ff. de Donat. quæ non totum non pugnat cum d. l. Lucius, sed potius tacitè confirmat, in mera donatione locum habere. Hactenus Pontius.

Fallit tertio (inquiunt Adversarii) regula nostra in usufructu; quia de substantia ejus est, ut non tantum frui, sed & uti permittatur ei, cui conceditur, l. 1. ff. de Usufructu, ubi sic definitur: *Usufructus est jus, alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia.* Valet tamen, si concedatur usufructus sine usu, l. Huius stipulationi, ff. Usufructuarius quemad. caveat. ibi: *Ergo et si fructus sine usu obigerit, stipulatio locum habebit.*

413. An valeat usufructus concessus sine usu. L. 1. ff. de Usufructu. L. 5. ff. Usuf.

Respondet Pontius supra num. 9 esse usum causalem, qui nascitur ex usufructu, sicut calor ab igne, & hic non potest ab usufructu separari, aliter inutile legatum esset, l. 14. §. *Usufructus*, ff. de Usu & habitatione, ibi: *Usufructus, an fructus legatur, nihil interest, nam fructus & usus inest; utri fructus desit, & fructus quidem sine usu esse non potest, usus sine fructu potest. Denique, si tibi fructus, deducto usu, legatus sit, inutile esse legatum, Pomponius lib. 5. ad Sabinum scribit.*

414. Duplex est usus. unus casualis. Pontius. L. 14 ff de Usu & habit.

Alius est usus formalis, qualis est in servitute, & ab usufructu separatus esse potest. In quo sensu usufructus & proprietates ad eandem rem apud diversas personas esse possunt, l. *Per servum*, §. fin. ff. de Usu & habitatione, *Poterit autem apud alium esse usus, apud alium fructus sine usu, apud alium proprietates: veluti, si qui habet fundum, legaverit Titio usum; mox hæres, ejus tibi fructum legaverit, vel alio modo constituerit.* Plura de hac re vide apud præcitatum Auctorem.

Alter formalis. L. 14. ff. de Usu & habit.

Fallit 4. (objiciunt Adversarii) in Professione religiosa; nam de substantia statûs religiosi est votum paupertatis, cap. *Cum conditione ad Monasterium*, de Statu Monachorum, in fine: *Nec astimet Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, ut contra eam, nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.* Rationem assignat Gloss. verb. *Abdicatio proprietatis: Quoniam Abdicatio proprietatis, & custodia castitatis sunt de substantia monachatus.* Et nihilominus valet professio, eâ conditione

415. An valeat Professio sub conditione contraria. C. 6. de Statu Monach.

Ffff po-

412. Subscribo verba d. l. 27. Aquilius Regulus juvenis ad Nicolitratum Rhetorem ita scripsit: Quoniam & cum patre meo semper fuisti, & me eloquentiâ & diligentia tuâ meliorem reddidisti: dono & permitto tibi habitare in illo cœnaculo, eoque uti. Defuncto Regulo controversiam habitationis patiebatur Nicolitratu; & cum de ea re mecum contulisset, dixi, posse defendi, non meram donationem esse, verum officium Magistri quâdam mercede remuneratum Regulum; itaque non videri donationem sequentis temporis irritam esse. Ubi Gloss. verb. *Sequentis temporis*, inquit, *Quod est post mortem Reguli.* Non ergo revocant hæredes: & sic est contra, inf. eod. l. Lucius, ubi revocant. Sol. hic fuit donatio simplex: ibi Precarium. Hæc falsa: quia non fuit donatio simplex hic. Secundo; vel hic ab extraneo patiebatur controversiam, ibi ab hæredibus concedentis. Tertio; Tertii dicunt; hic esse donationem ob causam, ibi simplicem donationem. Sed secundum hoc, quare ibi revocatur: ut Instit. de Donat. §. Alix. Respond. secundum vetera jura, quando non nascebatur actio ex nudo pacto donationis; & sic

C. 7 Qui Clerici.

posita, Si liceat in domo remanere cum omnibus suis bonis; cap. Insinuante, Qui Clerici vel voventes; ibi: Consilium accepit ab eis, quod votum emitteret castitatis: quod in manibus cuiusdam de fratribus S. Aug. fecit, eo adjecto tenore, ut in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Et infra: Mandamus, quatenus si promissis veritas suffragatur, presatam mulierem ad male dimissum religionis habitum resumendum, & servandum, quod vovit, monere & inducere procuretis, & (si opus fuerit) per censuram Ecclesiasticam coercere.

416. Offenditur quod non, ex Pontio.

Respondeo cum Pontio supra num. 10. In illo cap. non habetur, mulierem emississe votum cum conditione proprietatis; sed cum conditione, ut de licentia Prælati, & domi suæ remanere posset, quod non est contra naturam status religiosi, & quod bona sua haberet ad usum, dependentem tamen à voluntate Prælati. Sic Gloss. in dicto cap. verb. Ut in domo propria, ibi: Verba ista: In domo propria cum omni sua substantia, sic expone, id est, cum usufructu suæ substantiæ olim ante monachatum, ut de usufructu illarum rerum victum & vestitum haberet in vita sua: quidquid enim superest debet esse & est Monasterii, et si quid deest ei suppletur à Monasterio: similis enim expositio habetur 27. questione 1. Si quis rapuerit: & sic ista erit monacha, & potest remanere in domo quondam sua cum usu rerum, quas contulit Monasterio; sic 27. quæst. 1. De viduis.

417. Valet Ordinatio Diaconi eâ lege ut possit uxorem ducere.

Fallit 5. regula nostra, ut volunt Adversarii, in Ordinatione Diaconi, quæ valet, eâ lege factâ, ut Diaconus possit uxorem ducere, rejicitur quæ conditio, cap. 8. distinct. 28. Diaconi quicumque cum ordinantur, si in ipsa Ordinatione protestati sint dicentes, velle se habere uxores, nec posse se continere; hi, si postea ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod his Episcopus licentiam dederit. Et cap. 2. 10. qu. 1. valet consecratio Ecclesiæ, rejectâ conditione, ut non subit Episcopi curæ: Sic quidam contra omnem auctoritatem Ecclesiæ, quas edificaverint, postulant consecrari, ut dotem, quam eidem Ecclesiæ contulerunt, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum taliter in præterito corrigatur, ut & in futuro, ne fiat prohibeatur: sed omnia secundum constitutionem antiquam, ad Episcopi ordinationem & potestatem pertinent.

C. 8. dist. 28. C. 2. 10. q. 1.

Sed facilis ad hæc est responsio: scilicet conditionem ducendi uxorem, non esse contra substantiam Ordinis, sed tantum contra præceptum Ecclesiæ, ut constat ex dictis proprio loco. Neque conditionem, ut Ecclesiâ consecrata non subit Episcopo, esse

Illâ conditio non est contra substantiam Ordinis.

contra substantiam consecrationis, quoniam manifestum est, quàm ut indigeat probatione. Superest unum argumentum Adversariorum: cum essentia, inquit, constituitur indivisibili, semperque eadem maneat, invariabilis sit; quod contradicit essentia rei constitutione, & impedit constituti veniat rei constituta, destruet ipsam. Si homini jam constituto adveniret contrarium suæ essentia, ipse periret: hoc post initum Matrimonium adjecturæ conditiones, contrarie ejus substantia, annullant ipsam: ergo nec si adjecturæ te contractum.

contra substantiam consecrationis, quoniam manifestum est, quàm ut indigeat probatione.

Superest unum argumentum Adversariorum: cum essentia, inquit, constituitur indivisibili, semperque eadem maneat, invariabilis sit; quod contradicit essentia rei constitutione, & impedit constituti veniat rei constituta, destruet ipsam. Si homini jam constituto adveniret contrarium suæ essentia, ipse periret: hoc post initum Matrimonium adjecturæ conditiones, contrarie ejus substantia, annullant ipsam: ergo nec si adjecturæ te contractum.

Respondet Sanchez supra num. 416. stinguendo Majorem: si id quod repugnat essentia, adveniat post essentiam constitutam, eo modo, quo repugnat essentia, destruet ipsam: secus si alio modo, quod in initum contractum Societatis absolute communi consensu partium, nec repugnat contractum affecurationis, & repugnat contracto, ut nec lucrum, nec damnum sit commune lociis, destruetur Societas, quæ conditione apponitur: eo modo, quo repugnat essentia contractus, nec repugnat contractui. Cum enim hi contractus solvantur consensu dissolvi, potest etiam matrimonio adjecti conditio. At in Matrimonio conditio contraria, quando apponitur contracto, repugnat ejus libitudo apponitur tanquam pars contracto modo repugnat substantia contracto, sed quando apponitur Matrimonio, contracto, cum jam dissolvi nequeat, ipso contractus, & sic non destruitur neque ipsum vitiat. Hæc illi.

Quæ cum ita sint, à Conclusionem latum ungem arbitror recedendum: rursùm assero: Si conditiones, modi, contra substantiam Matrimonii ferantur, matrimonialis contractus factus.

De his conditionibus sic scribitur Subtilis 4. dist. 31. q. un. num. 1. q. 1. latione sequitur corollarium vel adhibere, trabentes sub aliqua conditione, & repugnantem contra primum: Accipio te in matrimonium, si procuraveris venena sterilitatis, si occurrat magis placens. Contra primum occurrit magis placens. Contra primum Accipio te in meam, ita ut non possis servare fidem; nec affirmativè ad id servandum, nisi quando volueris: nec repugnat, quin possim pro libitu meo alteri jungi. Contra tertium: Accipio te in matrimonium, si procuraveris venena sterilitatis, si occurrat magis placens. Contra primum occurrit magis placens. Contra primum Accipio te in meam, ita ut non possis servare fidem; nec affirmativè ad id servandum, nisi quando volueris: nec repugnat, quin possim pro libitu meo alteri jungi. Contra tertium: Accipio te in matrimonium, si procuraveris venena sterilitatis, si occurrat magis placens. Contra primum occurrit magis placens. Contra primum Accipio te in meam, ita ut non possis servare fidem; nec affirmativè ad id servandum, nisi quando volueris: nec repugnat, quin possim pro libitu meo alteri jungi.

Et ratio, quare isti contractus non sunt matrimoniales est, quia non tenent, nisi per illa

ditione, cum sint conditionales: sed impossibile est, quod sint matrimoniales sub illa conditione, quia repugnat contractui matrimoniali: imò nullus contractus est: quia iste non potest dare se contra preceptum Superioris: prohibitio autem Superioris est de translatione sub istis conditionibus, quia preceptum translationem, que debet fieri, sub conditionibus oppositis fieri Unde quicumque attentaverint non solum peccant mortaliter, sed obligantur ad recedendum ab omni usu mutuo virtute talis contractus.

Sed nunquid talis conditio seu modus est: Ut in perpetua castitate vivamus? Affirmat Sanchez sup. disp. 10 n. 2. & probat 1. quia illa conditio quamvis honesta sit, repugnat intrinsicis & necessariis ad Matrimonium. Secundò; illa conditio est contra bonum proles, & Pontifex dicit cap. fin. non distinguit, an conditio honesta sit, an turpis, nec vim facit in conditionis turpitudine, sed in repugnantia bonis Matrimonii: æquè autem illis repugnat sive turpis sive honesta sit.

Oppositum docet Pontius sup. c. 11. n. 6. & probat 1. n. 7. Quia si duo vovissent castitatem ante Matrimonium, ita ut verum unius alteri notum esset, & e contra, & similiter propositum firmum servandi idem votum, etiam post contractum Matrimonium; si illud contraherent postea, perinde esset, atque si expressâ conditione contraherent; tunc autem sine dubio esset verum Matrimonium; ergo etiam expressâ illâ conditione. Eadem enim esset ratio in utroque casu; tum; quia in utroque non esset consensus in copulam, sed tantum in corporum dominium, quod ex se copulæ principium est. Tum etiam; quia in utroque casu transferretur dominium corporum, impedito tamen usu, qui in neutro casu posset esse absque peccato. Tum denique; quia in utroque casu conjugii, petenti debitum, negandum esset, quia peteret contra religionem voti.

Respondet Sanchez suprà n. 7. Ratio differentie est duplex. Prima; quia votum simplex non est traditio, sed solum promissio: unde sicut, quod uni promisi, possum alteri tradere, & efficietur suum, quàm vis ego peccem: ita homo corpus, per votum Deo promissum, potest per Matrimonium foeminae tradere, ita ut verum dominium acquirat. At verò quando in ipso contractu ponitur conditio, efficaciter impedit corporis translationem, & consequenter Matrimonium irritat.

Secunda; quia obligatio ex voto cum sit in ordine ad Deum, non tribuit alteri jus ad negandum debitum, & consequenter, nec aufert à vovente facultatem ad tradendum suum corpus, & recipiendum alienum jus ex iustitia, cum per votum non abdicet de facto à se dominium, quod habet in corpus

conjugis, nec se redderit incapacem, ad illud de novo acquirendum: at verò obligatio, orta ex conditione apposita, est obligatio in ordine ad seipsum, & idèd, dat unicuique jus ad negandum debitum, & aufert ad petendum. Hæc ille.

Sed prima differentia manifestè petit principium; hoc enim probandum est, non supponendum, quod talis conditio, contractui apposita, efficaciter impediatur corporis translationem, id est, dominium; negat enim Pontius, & nos cum iplo, non posse acquiri dominium corporis, & per consequens transferri corpus, absque eo, quod acquiratur jus proximum ad usum corporis. Vide quæ de hac re diffusè diximus Sect. 3. Concl. 9. ubi etiã illicò invenies responsonem ad secundam differentiam, scilicet, conditionem appositam auferre, non omne jus, sed tantum jus proximum, quod non est de necessitate seu essentia Matrimonii; & idèd conditio illud auferens, dummodò relinquat jus radicale, sive dominium corporis, non repugnat substantiæ Matrimonii, adedque illud non vitiat.

Nam quàmvis aliquæ conditiones (inquit Pontius suprà num. 8.) quæ dicuntur esse contra finem Matrimonii, sint etiam contra ejus substantiam, & appositæ irritent Matrimonium; qualis est hæc de impedienda generatione; & conditio abstinendi ab ulu conjugii, videatur opponi fini Matrimonii: tamen non ita opponitur, ut verè sit contra substantiam illius; solum enim opponitur negativè, cum sit negatio actus conjugalis, & licita; non tamen opponitur contrariè, referendo Matrimonium in finem contrarium positivè, qualis est impedire prolem. Ejus autem capitis definitio, debet intelligi de conditione, positivè contraria fini Matrimonii, ut illa dicatur esse contra substantiam illius, & irritare, quia destruit verum consensum, ad Matrimonium requisitum.

Hoc autem discrimen ex eo rectè colligitur, quod conditio apposita contrariè fini Matrimonii, etiam post contractum Matrimonium & perfectum, sine peccato apponi non potest; & ita non mirum est, si initio apposita illud irritet: at verò conditio, quæ negativè tantum opponitur fini Matrimonii, licitè postea apponitur, & ita mirum non est, si non tollat consensum necessarium ad Matrimonium, neque illud irritet. Hæc ille.

Undè etiam Pontifex in dict. cap. non specificat, nisi conditiones turpes, seu positivè contrarias: quidni ergo de illis solis debeat intelligi? Et ita satisfactum est secundæ probationi Sanchez suprà. Immodò conditio honesta, v. g. ut statim ingrediaris Religionem, videtur aliquibus tacitè inesse.

424. Prima differentia petit principium.

Resp. ad 2.

425. Conditio abstinendi ab usu conjugii opponitur negativè.

Dist. e. fin. intelligi debet de conditione positivè contraria.

426. Hanc enim solam speciem facit.

Sanchez.

Respondet Sanchez supra num. 7. tacite ineffe eam conditionem, ut liceat ingredi, nec per hoc impediri translationem corporum, & jus petendi, ac obligationem reddendi, si ante consummationem nolit ingredi Religionem conjux. At ut teneatur ingredi, tacite non ineff, & per id pactum impeditur potestas utendi corpore.

Planè non ineff tacite obligatio ingrediendi; sed ineff tacite potestas ingrediendi, quod sufficit, ut contrahens possit se ad illam conditionem obligare; neque per id pactum impeditur potestas radicalis utendi corpore, ita quin si uteretur, uteretur proprio corpore, & per consequens non fornicaretur. Et sic patet, quòd illud dominium non erit inutile; nam contrahens manet inhabilis ad aliud Matrimonium, et si accedat ad aliam, est adulter, et si accedat ad uxorem, ut mox dixi, non fornicatur.

428. Itaque si quis ita dicat: *Ego tecum contra-*
ho, si tamen prius te voto castitatis obstrinxeris,
ut nunquam à me petas, nec reddas debitum,
valer Matrimonium. Et à fortiori valet, si solum apponatur conditio, de non exigendo debitum, quidquid in contrarium doceat Sanchez supra nu. 3. & 4. quia hic Auctor in hoc fallitur, quòd puter, dominium corporum non posse separari ab usu, seu à potentia proxima utendi, quod non satis probat. Eà autem separatione supposita, tanquam licitâ & validâ, ut eam suppono ex dictis Sect. 3. Concl. 9. omnia ejus argumenta corruunt, & idèd non judico diutius huic controversiæ immorandum; nec repetenda ea, quæ loco citato diximus, & ibi videri possunt.

429. Tantùm addo, quod Pontius supra n. 10. ait: Si Matrimonium contrahatur communi modo, scilicet in ordine ad copulam ex parte contrahentis, sive tacite, sive expresse; si tunc apponatur etiam conditio de abstinento ab usu conjugii, Matrimonium vitatur; quia tunc sunt duæ repugnantes voluntates, quæ se invicem destruunt. Prima est, contrahendi Matrimonium, ex quo confurgat obligatio reddendi debitum; altera est contrahendi Matrimonium, ex quo confurgat obligatio non reddendi, quæ inter se manifestè repugnant. Sic ille. Nunquid rectè? Tu dispice & facillè invenes.

430. Maneat interim tanquàm longè probabilius, per illam conditionem: *Si generatio-*
nem proles evites, in d. cap. fin. non intelligere Pontificem quamlibet evitacionem, sed solum evitacionem contrariam; id est, quando per media illicita, v. g. per sumptionem veneni sterilitatis, per seminationem extra vas, & similia impeditur, ne generatio ex copula habita possit sequi. Similiter, si procuretur aborsus foetus animati, vel inanimati, si proles

nata occidatur, mutiletur &c. Secus si foetus exponatur. Nam expositio illa non opponitur susceptioni prolis, & ejus vitæ, sed tantum commodæ educationi, neque est verum periculum mortis prolis, si exponatur. Sic enim in naturalibus sunt quedam dispensationes, quæ omninò destruantur formatione, verò, quæ obstant magis commodæ educationi formæ; eodem modo suffocatio prolis obstat omninò fini Matrimonii, & destruit; expositio verò filii non obstat eodem fini, sed majori tantum prolis educationi. Ita Pontius supra n. 3. & Sanchez supra n. 13. cum Aliis, quos citat.

Porro quando fit votum vel pactio non petendo vel reddendo debito, sicut evitatio prolis negativa, id est, non procreatio vel generatio prolis, ad quam procreationem vel generationem certum est esse obligationem in statu matrimonii, de consensu utriusque non licet abstinere à copula, quod nullus sane mentis dicitur. Cur ergo non poterunt conjuges de mutuo ad illam evitacionem obligari? Non videtur ullum solidum fundamentum, cuiusmodi liceat post, quam ante Matrimonium contractum.

Hinc etiam licet apponere hanc conditionem: *Si ego minimè te ad debitu-*
re, quoties tibi non licet exigere, quodque
rit Sanchez supra disp. 11. n. 2. b. distinguit: Si, inquit, apponatur, ut possit conjux debitum negare, sibi licet, quia alter non habet jus petendum; ut si alter adulterum in loco sacro, valet conditio Matrimonium; quia jure ineff, & universè intelligatur, *Ut ego reddere, quoties tibi non licet exigere,* contra substantiam Matrimonii, & vitatur.

Probat 1. quia ea conditio vitatur in multis enim eventibus vitatur taliter exigendo; at uxor negare debitum. Ut si vir emiserit voluntatis, vel petat affectu fornicatio, Matrimonium non tenere, esse validum: ergo si ex conditio licet tunc negare debitum, figuratè plenè translatum esse corporis ac subinde Matrimonium non vitatur.

Probat 2. quia per Matrimonium ritur jus justitiæ ad corpus alterius, exigens aliquando peccet contra jus vel temperantiam; ergo conditio, hoc jus justitiæ, est contra Matrimonii substantiam; atque ita illud vitatur, est conditio non reddendi in suo casu, enim jus justitiæ, quod alter contra per Matrimonium acquirere debebat, ut tunc petenti solvatur. Ita Sanchez cum quos citat.

427. Potestas ingrediendi Religionem tacite ineff Matr.

428. Valer Matr. sub conditione non exigendi aut reddendi debitum, contra Sanchez.

429. Quid si Matr. contrahatur in ordine ad copulam? Pontius.

430. Per illam conditionem: Si generationem proles evites, in d. cap. fin. non intelligitur sola evitatio contraria.

B
S
P

At ego (inquit Pontius sup. n. 14.) miror viros doctos eam sententiam sibi persuasisse, ductos auctoritate Didaci Covarruvias. Est enim longè verius, eam conditionem non vitare Matrimonium, etiam contractum in ordine ad copulam. Sic docuit Gab. Vasquez to. 2. in 3. part. disp. 125 c. 6. n. 63. Et ratio est facilis & aperta ex doctrina, quam latè tradidimus in materia de scandalo, & trademus etiam infrà lib. 5. c. 18 & lib. 10. Quia hæc est regula generalis: Quoties actus aliquis non potest ab alio fieri nisi malè, si fiat, non licet illi cooperari; sicut neque petere ab aliquo actum, qui non potest ab illo fieri benè vel malè, sed necessariò malè: & nunquam reperitur aliqua hujus regulæ exceptio aut casus, in quo id liceat. Ergo conjugii illicitè petenti debitum, non solum non tenetur reddere, sed potius tenetur non reddere, quando, si actus tunc fiat, non potest benè fieri ab eo, qui petit.

Pone, aliquem emisisse votum castitatis, potest qui non emisit exigere, non reddere; quia ille, qui votum emisit, impeditur est ad petendum, non verò ad reddendum: & ita, qui solutus voto petit debitum, non exigit ab alio, qui tenetur voto, actum, quem non possit benè efficere, cum votum non impediat debiti redditionem. At qui impeditur voto petit, actum petit, qui non potest ab altero conjuge benè fieri, scilicet cooperationem ad actum petentis, qui malus est contra religionem vel temperantiam.

Hoc ergo supposito, jam facilis colligitur ratio: quia talis conditio jure inest, & licita est & honesta, & ad quam tenetur conjux, etiam si non exprimat. Quare sicut conjux, etiam si non exprimat, tenetur non reddere conjugii, petenti cum manifesto periculo vitæ corporalis petentis, ita etiam tenetur non reddere cum periculo animæ petentis. Hactenus Pontius.

Sar benè, si verum est hoc suppositum, quod Sanchez existimat esse fallum. Et quia alibi de eo tractaturi sumus, pro nunc gratis admisso, quòd conjux sine peccato possit reddere debitum petenti illud contra votum suum castitatis, vel animo fornicario, adhuc teneo, conditionem illam non vitare Matrimonium.

Ratio patet ex dictis; si enim non vitat conditio nunquam reddendi, multò minùs conditio non reddendi, quoties tibi non licet exigere. Item conditio abstinendi à copula certis quibusdam diebus, v.g. sextis feriis.

Respondeo autem ad primam probationem Sanchii; illud minime esse signum, quòd non sit plenè translatum dominium corporis; sed tantùm, quòd usus domini corporis ex parte sit impeditus; sicut ergo potest totaliter impediti, manente pleno dominio corporis,

nisi velimus movere quæstionem de nomine, ita multò magis potest impediti ex parte.

Et sic etiam satisfactum est secundæ probationi; non enim eà conditione impeditur transferri jus justitiæ ad corpus alterius; sed, translato hoc jure justitiæ, impeditur usus in certis circumstantiis, quòd nullatenus est contra substantiam Matrimonii, utpote ex quo non oritur jus proximum utendi corpore in quibuscumque circumstantiis; nam Sanchez sup. n. 3. admittit, conjugem non habere jus justitiæ petendi debitum, sive utendi corpore in loco sacro; sed utendi corpore, nisi lege, voto, aut aliunde talis usus impediatur; quippe præceptum affirmativum est, quòd quidem semper obligat, sed non pro semper, ut suo loco uberius explicabitur.

Quantùm ad abstinentiam à copula certis diebus, sic argumentatur Pontius supra n. 17. Licet pacisci, ne intrà bimestre contumement, & ad id se voto adstringere; imò & se obligare voto transeundi ad Religionem intrà id tempus. Quòd si hoc non est contra substantiam Matrimonii, ut fatetur Thomas Sanchez disp. 10. cit. n. 6. cur erit contra substantiam conditio de abstinendo aliquibus diebus ab actu conjugii? Quòd enim ea conditio de bimestri abstinencia, jure inest, parùm refert. Si enim ea esset contra substantiam, inesse non posset, & hoc ipsum quòd jure inest, argumentum est, temporalem abstinentiam, si deducatur in conditionem, non esse contra substantiam Matrimonii.

Adde; ut ipse Tho. Sanchez eodem numero fatetur, licet contrahere Matrimonium sub voto & conditione, convolanda ad Religionem statim post consummationem, quo transitu omninò impeditur tempore sequenti usus Matrimonii: ergo & poterit, etiam sub conditione continentie ad tempus, iniri Matrimonium. Quòd enim jure inest ea potestas transeundi, non impedit, imò magis ostendit; hujusmodi abstinentiam non esse contra substantiam, & ex consequenti, neque votum aut pactum de illa abstinencia. Maxime cum, licet potestas transeundi ad Religionem ante consummationem, vel postea de consensu utriusque, inest Matrimonio, obligatio tamen transeundi non inest. Quare si ea obligatio apponi potest, cum contrahitur Matrimonium, ex sententia Tho. Sanchez, cur non poterit obligatio abstinendi certis quibusdam diebus? Hucusque Pontius.

Sed vel ego cæcus sum, vel ipse lippus, ut sole meridiano clariùs apparet ex verbis n. 6. quem Pontius citat ex disp. 10. Tho. Sanchez. Accipe ea: Quarto inferitur, quid dicendum sit de pacto, appposito in Matrimonii contractu, ut liceat ingredi Religionem ante consummationem Matrimonii: de quo certum est, non vitare Matrimonium, quia jure inest

436. Resp. ad 2.

437. Conditio abstinendi à copula certis diebus probatur licita, ex Pontio.

438. An secundum Sanchium possit apponi obligatio transeundi ad Religionem.

inest ea conditio. Et similiter idem dicendum est, si apponatur alia quælibet conditio, quæ jure communi inest. Et ratio horum omnium est, quia ea conditio verè non est contra Matrimonii substantiam, nec apponitur alio modo, quam inerat. Quare similiter non irritabit Matrimonium, si sit conditio, ut liceat utrique ex communi consensu post consummatum Matrimonium Religionem profiteri; quia ea etiam conditio jure inest, ut constat ex toto tit. de Convers. conjugat. Si autem esset conditio (nota bene) ut tenerentur vel ambo, vel alter ingredi Religionem, ante vel post Matrimonii consummationem, non valeret Matrimonium. Quia ea conditio est contra Matrimonii substantiam: nempe contra mutuam corporum ad copulam traditionem, nec jure inest: licitum enim est sic profiteri: at verò ut ad id teneantur, non jure inest. Hæc ille.

Quid tibi videretur benigne Lector, num Tho. Sanchez hic docet, obligationem transeundi ad Religionem apponi posse, dum contrahitur Matrimonium? Equidem in terminis docet oppositum. Signum manifestum, Pontium hic non legisse propriis oculis, aut certè lippis oculis legisse Sanchium. Noli ergo nimium credere Auctoribus, qui hos vel illos citant pro vel contra suam sententiam: *Purius ex ipso fonte bibuntur aque.*

439. Quid dicendum de conditione non cohabitandi. Ledesma.

Rogas: quid ergo dicendum de conditione non cohabitandi? Respondet Petrus de Ledesma de Matr. q. 47. a. 5. dub. 4. in solutione confirmationis ad 6. si sit pactum de non cohabitando ad tempus, non vitare Matrimonium; secus si sit pactum nunquam cohabitandi. Quia ad essentiam Matrimonii non pertinet, ut omni tempore cohabitent conjuges, bene tamen mutua habitatio, ut constat ex ea particula, *Individuam vitam consuetudinem retinens.* Ita refert Sanchez supra disp. 10. n. 5. subjungens: Et placet mihi.

Sanchez.

Quid per eam significetur. Pontius.

Sed mihi (inquit Pontius supra n. 16.) hæc distinctio non placet. Quare videndum est, quid significetur conditione non cohabitandi. Si enim significetur separatio etiam perpetua quoad torum, idem est judicium, atque de conditione non copulandi, & ea non vitiat, ut dictum est. Si conditione non cohabitandi significetur etiam separatio domus, si id fieret ex conditione servandi castitatem, ad evitandum periculum lapsus, neque etiam esset contra substantiam propter eandem rationem. At si cum Matrimonium contrahitur in ordine ad copulam ex parte contrahentium, simul apponeretur conditio de non cohabitando, destrueretur consensus matrimonialis. Repugnat enim omnino voluntas obligandi se, ad non cohabitandum, cum voluntate obligandi se, ad vacandum actibus conjugalibus. Hæc ille.

Ego autem dico: nimis multos vacatibus conjugalibus, id est, copulæ actibus, qui tamen non cohabitant proprie locupulam, non sequitur, quòd conditio non cohabitandi, etiam perpetua, repugnet Matrimonio; quia non repugnat consentientibus obligandi se, ad non cohabitandum cum voluntate obligandi se ad copulam. Ego per talem conditionem non destruo consensus Matrimonialis.

Quantum ad illam particulam: *Individuam vitam consuetudinem retinens*, per Scotus 4. dist. 27. q. 1. n. 1. intelligitur indissolubile, ut vidimus Sect. 2. Quæ per quam significatur vinculum indissolubile, tam quoad torum, quam substantiam, saltem in radice; sicut autem per quoad torum potest separari à Matrimonio in fieri; pari ratione, poterit separari quoad cohabitacionem, quæ non est contrahtentes copulari; quæ non vitat habitatio proprie dicta sit consuetudo, modo ad commodam potest separari, equidem ad ipsam generationem vitæ requiritur, ut per se manifestum est. Hæc est finis disputationis ege.

Sed quid, si Judæi contrahant de lege possint dare libellum repudi? Ceterum lex eorum hoc permittit, videtur adduci in pactum, & jure iudæo, expressione ejus minime accesserit, docent apud Sanchez supra dictum. Ipse autem n. 3. dicit, modo non vitare Matrimonii substantiam, cum potest dissolvi Matrimonii vinculum, est, cum jam absque contrahentium legem non excusare à culpa, aliud ineundi Matrimonium.

Et ante illum Gloss. cap. De Matrimonio. Confang. verb. *Esse Matrimonium* alia ratione non est Matrimonium, si enim contrahunt eo proposito, ut non separantur, dato libello repudi, contra substantiam Matrimonii, aliquando sup. de Condit. appo. deo, si hoc pactum exprimitur in Matrimonio. Secus dicendum, si quis cum animo dandi libellum repudiandi uxorem quoad vinculum, non revelaret. Ea enim conditio jure non destruit Matrimonium. Deus possit dissolvere Matrimonium, neque est contra substantiam, nec dissolvendo Matrimonium, per solentem infidelitatem in Religione approbata, infideli conditio de dissolvendo per se non vitat Matrimonium, sed tantum ad Fidem Catholicam, altero transire & cohabitare, cum hæc potest infini.

B
Sac
pa

Sed quid, si infidelis contrahat cum intentione habendi plures uxores, juxta leges suas? Respondeo: Matrimonium nullum est, si id deducatur in pactum; quia de facto postquam Christus sustulit polygamiam est contra fidem conjugalem, quae non solum obligat ad reddendum alteri debitum; sed etiam ad non commiscendum alteri, ut patet ex alibi dictis. Et prior quidem obligatio est praecepti affirmativi, quod obligat semper, sed non pro semper. Secunda est obligatio praecepti negativi, quod obligat semper, & pro semper. Cum ergo ex Matrimonio sequatur tanquam passio, haec obligatio praecepti negativi, non potest stare, cum consensu necessario ad Matrimonium, voluntas obligationis ad oppositum illi obligationi praecepti negativi; oppositum autem est habere plures uxores, seclusa dispensatione divina.

Dixi consuetudo; Si id in pactum deducatur; quia alias, secundum Sanchium supra n. 4. & 5. item lib. 2. disp. 29. n. 11. non repugnat consensui Matrimoniali; nam potest aliquis velle obligare ad non accipiendas plures uxores, sed intendat eas accipere; sicut etiam potest velle se obligare ad generationem proli, tamen intendat non generare, sed positive generationem impedire.

Nunquid etiam potest velle, indissolubiliter se obligare, & tamen velle, Matrimonium post aliquod tempus dissolvere? Videtur Sanchio quod non. Unde locis jam citatis docet, Matrimonium esse nullum, tamen si dissolutio non deducatur in pactum. Sic enim ait hic Auctor posteriori loco.

Tertia sententia, cui adhaereo, docet, contrahentem Matrimonium debere, saltem implicitè, intendere bonum Sacramenti, quod evenit, quando non habet intentionem contrariam, non tamen esse opus implicitè intendere alia duo Matrimonii bona: quare si habet animam, etiam corde retentum, adversum bono Sacramenti, quia scilicet intendere non contrahere Matrimonium, nisi ad tempus, non esset verum Matrimonium; si tamen haberet intentionem adversam aliis duobus Matrimonii bonis, corde solo retentam, nec in pactum deductam valeret utique, ut si intendere vitare prolem, & habitam non educare, debitum negare & adulterari.

Probat prior pars; quia de ratione Matrimonii est, vinculum esse perpetuum, ut constat ex ejus definitione: ergo qui intendit Matrimonium inire dissolubile & ad tempus, verè non intendit Matrimonium, cum intentio adversetur essentiae. Probat posterior pars; quia ea intentio, nil attinens ad contractus substantiam auferit; quia si ille velit absolute contrahere, obligatur ex vi contractus, ad non agendum aliquid contra

praedicta bona, non obstante sua intentione. Et confirmatur; quia stat, velle obligari ad aliquid faciendum, & adesse animam non implendi, ut qui verè jurat animo violandi juramentum: nec ea intentio tollit obligationis valorem; ergo similiter stare potest, Matrimonium validum contrahere cum intentione non servandi fidem. Ita Sanchez.

Et videtur esse sententia D. Bonavent. 4. dist. 31. a. 1. q. 3. n. 14. ubi sic scribit: *Cum sint tria bona Matrimonii, scilicet fides, proles, & Sacramentum, unum, scilicet Sacramentum, est de necessitate Matrimonii. Sacramentum enim venit ex mutua obligatione, & divina institutione & signatione illius unionis, & ideo quia ista sunt de necessitate Matrimonii, per consequens & Sacramentum. Sed alia duo bona quodammodo sunt de esse, quodammodo de bene esse. Si enim loquamur, quantum ad Matrimonii usum, sic sunt de bene esse, quoniam usus Matrimonii absque his esse potest, sicut tota die est & non solum absque his, sed etiam cum suis oppositis. Unde sterilitatis & abortus procuratio, & fidei fractio, non dissolvunt Matrimoniale vinculum contractum. Si autem loquamur quantum ad Matrimonii contractum, qui est per Matrimoniale consensum, sic potest esse contractus absque his duobus bonis, ut puta in sterilibus, & in continentibus. Sed quando sub tali pacto consentitur, ut proli sterilitas procuretur, vel uxor alii prostituatur, tunc non est consensus, vel pacto Matrimonii, sed potius adulterii, cum directe repugnet institutioni Matrimonii. Sed carentia sive absentia horum duorum, non repugnat; quia fides venit ex recto Matrimonii usu; & quia homines possunt abuti ipso, ideo potest deesse fides. Similiter proles venit ex fructu ventris, & quia steriles possunt esse vel natura, vel arte, ideo Matrimonium hoc bono potest carere.*

Ad illud ergo quod objicitur; quod Sacramenti bonum non est in Matrimonio, ante carnalem copulam, dicendum; quod falsum est, quia est inter conjuges insolubile vinculum, nec solvitur nisi per mortem spirituales; sicut post consummationem per mortem corporalem. Verum est tamen, quod non est ibi Sacramentum secundum completam & plenariam rationem.

Ad illud quod objicitur; quod fides non fit de necessitate, quia qui sic consensit, ut tamen aliam ducere possit, post non contrahit: dicendum; quod hoc non est tantum propter defectum fidei; sed etiam propter defectum Sacramenti, quia non vult isti conjungi perpetuo, & quia in pactone introducitur conditio, contraria bono fidei. Nec propter infidelitatem solvitur Matrimonii Sacramentum: sed solvitur obligatio ad reddendum debitum.

Ad illud quod objicitur de bono proli; quod propter hoc institutum est, dicendum; quod non tantum propter hoc, sed in remedium, & in signum;

Confirmatur.

446. videtur esse sententia D. Bonav.

modi C.

447. Prima obiectio solvitur.

Solutio 2.

448. Diluitur 3. obiectio.

num; & idè quàmvis non sit ibi hoc bonum, possunt tamen esse alia bona. Si autem homo stetit, tunc semper fuisse hoc bonum, quia tantum fuisse in officium. & hoc bonum non deesse, quia nulla esset sterilitatis pœna. Huculque Doctor. Seraph. brevis complexens ea, quæ hæcenus dicta sunt.

449. Sed dices (inquit Sanchez lib. 2. disp. 29. n. 12.) si quis contrahat animo se obligandi ad vinculum indissolubile, verum esse Matrimonium; licet intendat postea dimittere uxorem, non habitando cum ea, quod idem videtur contingere in bono fidei & prolis: ergo frustra constituitur hæc differentia.

Respondetur: ad bonum Sacramenti minime pertinere non separari ab uxore quoad torum, sed tantum ut vinculum sit indissolubile; ad bonum autem fidei & prolis pertinere, non tantum obligationem ad ea servanda, sed etiam ipsorum bonorum executionem: unde rectè dixit D. Thom. 4. dist. 31. q. 1. a. 3. in corpore: Bonum Sacramenti semper esse de essentia, non verò alia bona, & in hoc versatur differentia. Hæc ille.

D. Thom.

Breviter: Matrimonium, semel legitime contractum, nequit amplius dissolvi, quidquid contrahentes intendat, vel non intendat, cum tamen post Matrimonium, legitime contractum, possint conjugati impedire generationem prolis, & non servare fidem, adeoque non potest quis efficaciter velle indissolubiliter contrahere, & efficaciter velle Matrimonium semel legitime contractum dissolvere, sicut potest quis efficaciter velle legitime contrahere, & nihilominus efficaciter velle prolem impedire, & non servare fidem.

450. Ceterum si à me queritur: An quando conditio contraria Matrimonio, apponitur ab altero tantum à contrahentibus, vitiat Matrimonium? Respondeo citius, affirmative; Probatur, inquit Sanchez lib. 5. disp. 13. n. 3. quia diversitas in consensu vitiat contractum, ut quando alter purè consentit, alter verò sub conditione; ut habetur expressè l. 1. §. Si quis simpliciter, ff. de Verb. oblig. ibi: Et versà vice, si interrogatus fuerit sub conditione, responderis purè, dicendum erit, eum non obligari. Et ratio est manifesta; quia non uniuntur inter se consensus, ex qua unione contractus oritur: ergo cum in hoc Matrimonio inveniatur hæc diversitas, erit nullum.

Secunda probatio.

Secundò; quia ad Matrimonium requiritur mutua corporum traditio: at in hoc casu non invenitur, cum alter non absolute tradat corpus, sed sub conditione contraria Matrimonii substantiæ, ac consequenter excludenti verum consensum; ergo nullo modo est Matrimonium. Hanc sententiam Sanchez supra n. 5. vocat probabiliozem; oppositam autem valde probabilem.

Sed Pontius sup. cap. 1. n. 8. Ego cum Petro Ledelma de Matr. q. 47. dub. 5. principali, quod movet circa bonum nem ad 8. dub. 4. non solum hæc conditionem existimo esse magis probabilem, etiam oppositam, nullam prorsus habere probabilitatis speciem. Ratio, quæ me movet hæc est. Quia vinculum Matrimonii contractum non potest, sed resultat ex consensu mutuo, necessario ad Matrimonium consensus ejus, qui consentit sub conditione contraria substantiæ Matrimonii, etiam qui ad conjugium requiritur: ergo non potest altero, purè contrahente, non potest vinculum Matrimonii. Quod non tantum verum est in foro conscientie, sed etiam in foro externo, dum consistat de contractu expressè, posita ab uno contra alterum Matrimonii. Hæc ille.

Interim probatur opposita sententia, ex cap. Aliquando, 22. a. 2. de sumptum est. ex D. Aug. lib. 1. de concup. cap. 15. & sic loquitur: Aliquando usque pervenit hæc libidinis concupiscentia, ut etiam venere, et si nihil valuerit, conceptos semine in viscera extinguat, atque, ut prius prolem interire, qui utero jam vivebat, occidit. Provisis si ambo tales sunt, conjugium, sed per stuprum patitur. Si autem non ambo sint tales, aut non est quodammodo meretur mulier uxoris.

Respondet Sanchez supra n. 4. q. 5. de Matr. dub. esse in pactum, sed tantum in sumum sumendi, & ipsam sumum sive ambo, sive alter habent conditionem, est verum Matrimonium. Priori parte dum dicit, non est quando ambo eam intentionem intelligit, id est, non servare conjugii, ut explicat ibi Gloss. verb. sunt, dicens: Id est, iura continent; non autem, quod non est Matrimonium, ut patet ex eadem Gloss. in initio: ubi sic ait: Nota, quod non sunt, qui eo animo conjuncti sunt, ut non proles impediatur: & quod tu peccat, alter non: & quod Matrimonium quando ex una parte tantum contractum est. Proposito & extra de Matr. c. 1. sed hoc falsum est.

Si hoc falsum est, uti reverè est, ergo Aug. debet intelligi de reo, alioquin falso diceret, quando unam eam conditionem habet, unum esse conjugem, alium verò non, sed materiam adulterum.

13
Sacramentum

Rogas: quare ergo hoc nomine vocet eos, si sint veri conjuges? Respondeo cum Gloss. ibi verb. *Meretrix*, quia *digna pena, quâ aliqua meretrix est digna*. Et verb. *Adulter*, quia *dignus penâ, quâ aliquis adulter est dignus*. Itaque Matrimonium, de quo ibi Aug. ab initio fuit contractum purè & absolute absque conditione contraria substantiæ Matrimonii, quamvis fortè contrahentes interius cogitaverint de violanda sua obligatione non impediendi prolem; aut certè postea vel uterque, vel alter curaverit per venena sterilitatis, aut aliâ viâ impedire prolem. Igitur per hoc argumentum non redditur valde probabilis opposita sententia.

Nunquid per illud, quod sequitur? Quia quamvis alter consensus sit purus, & alter conditionalis; at ille conditionalis non vitiat actum; ergo valebit Matrimonium. Probat Antecedens; quia per eandem causas contractus nascitur & dissolvitur, c. 1. de Reg. juris: sed ad Matrimonium constituendum est necessarius mutuus consensus, ergo & ad dissolvendum. Cùm ergo hic non concurrat alterius consensus in conditionem, ea conditio non vitiat. Si ergo non vitiat, & ex alia parte est turpis, habebitur pro non adjecta, juxta cap. fin. de Condit. appof. & remanebit consensus purus in Matrimonio.

Et confirmatur; quia conditio nec confert ad contractum Matrimonii confirmandum, vel infirmandum, nisi ab utraque parte acceptetur, teste Soto 4. dist. 29. q. 2. a. 1. ante 2. Concluf. verfu: *In calce demum*: ergo cùm illa conditio non acceptetur ab utroque, non infirmabit Matrimonium, & cùm ex alia parte sit turpis, habebitur quasi adjecta non esset.

Sed neque hoc argumentum valde probabilem ostendit hanc sententiam: facile quippe responderetur: contractum, ubi semel perfectus est, per eandem causas debere dissolvi, & sic per mutuum consensum; at antequam perficiatur, satis est, ut alter dissentiat; jam autem Matrimonium per appositionem talis conditionis est omninò nullum: & dum ais, conditionem non vitare, quando non acceptatur ab altera parte, negandum id est, quando est contraria Matrimonio, quia est index dissensûs, & dissensus alterius fat est, ad annullandum Matrimonium. Ita Sanchez.

Miror ergo, Auctores hujus sententiæ adducere dictam Regulam juris, quæ, ut notat Gloss. ibi verb. *Omnis res, fallit in Matrimonio*. *Fallit* (inquit Gloss.) *hæc regula sup. de Baptis. Majores. Item in Matrimonio, quod solo consensu contrahitur, 22. q. 2. Sufficit, sed solo consensu non solvitur 32. q. 7. Licet*. Et verò quomodò posset dissolvi Matrimonium, nisi priùs fuisset contractum? Semel

autem legitime contractum indissolubile est etiam per utriusque consensum. Quid ergo hæc Regula ad propositum nostrum?

Porro quòd ait Sotus, conditionem nec conferre ad contractum Matrimonii confirmandum vel infirmandum, nisi ab utraque parte acceptetur, falsum est, si intelligatur, sicut Adversarii videntur intelligere; nam procul dubio conditio honesta vitiat Matrimonium, etsi ab altera parte non acceptetur, & tamen etiam de ea loquitur Sotus. Nec refert, quòd in casu proposito sit conditio turpis, quæ habetur pro non adjecta; quia non est tantum turpis, sed etiam contra substantiam Matrimonii, quæ secundum dict. cap. finale, vitiat Matrimonium. Et ex nullo verbo colligitur, quòd debeat acceptari ab utraque parte; ergo gratis id asseritur. Atque ex his patet quam parvam (si tamen ullam) habeat probabilitatem illa sententia, quæ nullas alias producit rationes, ad ejus veritatem stabilendam.

Sed quid, si post talem contractum semetud carnaliter cognoscant? Respondent Aliqui: Matrimonium valere; quia eo ipso videtur à conditione recedi, & per consequens Matrimonium erit purum, juxta cap. *Per tuas*, de Condit. appof.

Hanc etiam sententiam Sanchez supra num. 5. vocat valde probabilem, quamvis ipse oppositam teneat. Respondet autem ad argumentum, mox pro ea adductum: tunc recedi à conditione per copulam, quando sunt contracta sponsalia valida: vel si non fuerunt valida, saltem contrahentes ostenderunt verum contrahendi animum; ut bene Sotus 4. dist. 29. quæst. 2. art. 1. ad finem: at quando alter adject conditionem, contrariam substantiæ Matrimonii, potius indicavit dissensum, unde copula non indicat recessisse à conditione. Sicut eadem ratione, quando ex communi consensu adjecta est conditio contraria, non censetur per copulam recessum à conditione; ut bene docet Adrianus 4. quæst. 3. de Matrim. dub. 9. Covarruvias 4. decret. 2. part. cap. 3. §. 1. numero duodecimo, alias 17. Hæc ille.

Et sanè de sponsalibus validis sermo est in d. c. *Per tuas*, conditionatis tamen, id est, celebratis sub conditione licita, cujus eventus expectandus est, & idè secutâ copulâ ante eventum conditionis, præsumitur à conditione recedere. In hoc autem casu nullus omninò fuit consensus Matrimonii, cùm destructus fuerit conditio appositâ contra ejus substantiam. Sed neque sponsalium; tum, quia illa non erant sponsalia; tum, quia etiam sponsalia cum conditione contraria substantiæ Matrimonii, quæ in Matrimonium refundatur, sunt invalida. Ergo non est unde

G g g g

præ-

456.
Resp. ad confirmatio-

458.
Quid si post talem contractum semetud carnaliter cognoscant? Sanchez putat non esse recessum à conditione. Sotus.

Adrianus. Covar.

455.

Confirmatio.

456.

præsumatur consensus Matrimonii in hoc casu, sicut in illo.

459. *Quando sponsalia sub conditione contraria substantia Matr. sine invalida.* Sanchez. Dico signanter: Quæ in Matrimonium refundatur: quod tunc evenit, quando conditio contraria ponitur tanquam implenda post Matrimonium. Quando autem (inquit Sanchez supra disput. 14. num. 2.) debet impleri ante, tunc si est contra inseparabilitatem, ut: *Contraham tecum, nisi ante initum Matrimonium aliam ditioem aut pulchriorem invenero*, non vitiat Matrimonium; quia ipsi non opponitur, cum non tollat Matrimonii inseparabilitatem; nec etiam opponitur sponsalium naturæ, utpote quæ solubilia sunt. Nec etiam rejicitur tanquam turpis; quia non est talis, cum ad peccatum minimè incitet: quare valida erunt sponsalia impleta eâ conditione, & eâ deficiente erunt nulla.

Si verò sit conditio contra Matrimonii fidem, ut: *Si ante Matrimonium forniceris*, tunc valebunt sponsalia rejecta eâ conditione tanquam turpi. Quia ea non contrariatur Matrimonio, cum ad fidem Matrimonii solum pertineat, ne postquam translatum est dominium corporis in conjugem, alteri tradatur: at ante Matrimonium non est translatum dominium: si verò advesetur bono prolis, ut: *Si ante Matrimonium venena, quibus sterilis efficiaris, sumas*, vitiat sponsalia: quia per eam conditionem obligatur sponsus ad aliquid contrarium bono prolis, quod per illud Matrimonium promissum; intenditur: unde adversatur futuro Matrimonio promisso. Quare non est simile de conditione contraria de præterito vel præsentis; quia per illam minimè obligatur ad aliquid Matrimonio repugnans. Ita Sanchez. Equidem consequenter ad ea, quæ docuerat eod. libr. disputat. 9. num. 6. & 9.

460. *Docet Pontius hanc conditionem: Si ante Matr. &c. non vitiare sponsalia.* Alioquin docet Pontius lib. 12. cap. 7. num. 2. hanc conditionem: *Si ante Matrimonium sumpseris venena sterilitatis*, non vitiat sponsalia; cum, inquit, hæc conditio adimplenda sit ante contractum Matrimonii, & ideo non sit contra substantiam Matrimonii, nondum contracti; de illa proinde judicandum est, ac de conditione turpi. Hæc ille. Utique consequenter ad ea, quæ docuerat lib. 3. cap. 9. num. 11. ubi sic ait: Si loquamur de conditione sumendæ potionis sterilitatis, quæ ante Matrimonium adimpleri potest, mihi videtur certum, illam conditionem, si in vim conditionis ponatur: *Contraham tecum, si antequam Matrimonium perficiatur, sumpseris venena sterilitatis*, tantum esse turpem, & non contrariam substantiæ Matrimonii.

461. Ratio est, meo iudicio, facilis & aperta; quia adhuc non est contractus Matrimonii,

neque ex consensu, qui adhibetur ad Matrimonium, nascitur obligatio contra bona vel substantiam Matrimonii; immò potius ex implatione conditionis nascitur obligatio adhibendi consensum matrimoniale. Ergo non concurrit ille consensus ad eam conditionem, cum consensu Matrimonii. Quare non est cur destruat substantiam ipsius contractus Matrimonii, qui nondum est; sed sequetur postea ex eventu conditionis.

Et explico magis; quia vel tunc vitiat ex natura rei, quia destruit substantiam. Hoc non, ut dictum est; vel vitietur tantum ex dispositione Pontificis, qui in odium turpitudinis, vellet Matrimonium irritum, quod ex eventu ejus conditionis legitur, irritare. At hæc mera juris humani positio esset, si rescinderet contractum brutum sub conditione turpi, & cogitatio resultaret ex eventu conditionis turpis. Non ergo recte, neque condigne potuit dicere Thom. Sanchez, hæc conditionis dispositionem in dicto cap. finem tunc declarationem juris naturalis. habere Basilius.

Cujus utique doctrinam superius dicti fuimus, & ideo hic etiam sequitur eod. lib. dicimus: si Matrimonium non vitiat per appositionem hujusmodi conditionis, neque vitiantur sponsalia, quæ sunt ante Matrimonium, cum non sit alia de turpi ratione unius, quam alterius.

Hic ergo sit finis hujus Conclusi. in qua ad sufficientiam, de conditionibus, contraria substantiæ Matrimonii, & bonis Matrimonii, que pertinent ad ejus essentiam quoad obligationem secus quoad executionem; quod bene nondum est. Sequitur agendum de conditionibus necessariis, & impertinentibus, quibus instituitur

CONCLUSIO X.

Hæc conditio: *Si soleras virum*, non est suspensiva; secus autem: *Si Petrus transeat per platam*.

Hæc conditio: *Si Petrus &c. est virum*, quas vocant impertinentes, quæ ab illis qui censent se habere, veluti conditiones turpes, & ideo rejiciendas esse seu habendas pro non adjectis. Probatur autem esse turpes; quia turpe apparet contractui tam facti, & qui Sacramentum est, hujusmodi conditiones adijcere.

Si quis contraxit (inquit Sotus 4. dist. 29. quæstione 2. articulo tertio post 3. Conclusi.